UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

30. Tempestatem in mari ortam Christus verbo sedat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 30. *Tempeſtatem in mari ortam Chriſtus verbo ſedat.*
*Matth. 8. *. 29. Mar. 4. *. 52. Luc. 8. *. 50.*

S. Matthæus.

ET aſcendéte eo in nauiculam, ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius: & ecce motus magn⁹ factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat. Et acceſſerunt ad eum, & ſuſcitauerunt eum, dicẽtes, Domine, ſalua nos, perimus. Et dicit eis: quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Porrò homines mirati ſunt dicẽtes, Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? * 31.

S. Lucas.

ET ait illis in illa die, cùm ſerò eſſet factum, Tranſeamus cõtrà. Et dimittẽtes turbã, aſſumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo. Et facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiẽs: & excitant eũ, & dicũt illi, Magiſter, nõ ad te pertinet quia perimus? Et exurgẽs cõminatus eſt vento, & dixit mari, Tace, obmuteſce. Et ceſſauit vẽtus: & facta eſt trãquillitas magna. Et ait illis, Quid timidi eſtis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: & dicebant ad alterutrum, Quis, putas, eſt iſte, quia & vẽtus & mare obediũt ei? * 31.

S. Marcus.

FActum eſt autẽ in vna dierum: & ipſe aſcendit in nauiculam, & diſcipuli eius, & ait ad illos, Transfretemus trans ſtagnum. Et aſcenderunt. Et nauigantibus illis obdormiuit: & deſcendit procella venti in ſtagnum, & complebantur, & periclitabantur. Accedentes autem ſuſcitauerunt eum, dicentes, Præceptor, perimus. At ille ſurgẽs, increpauit ventum & tempeſtatem aquæ: & ceſſauit, & facta eſt tranquillitas. Dixit autẽ illis, Vbi eſt fides veſtra? Qui timẽtes, mirati ſunt adinuicem, dicentes, Quis, putas, hic eſt, quia & vẽtis & mari imperat, & obediunt ei? * 31.

S. Iohannes.